



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Vers. 5.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

VERSUS 5.

Adhuc eo loquente ecce nubes lucida obumbravit eos: Et ecce vox de nube dicens: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite.

QVÆSTIO I.

Quod Testimonium Patris cœlestis?

§. 1. **T**estimonium duorum prophetarum audierant, adiungitur testimonium æterni Patris. Cuius maiestatem d. scribit: *nubes enim lucida obumbravit eos*, & in ea Moyses & Elias recesserunt. Deus autem Moysi olim in nube apparuit, & Elias nube ignea, seu cœli igneo abreptus est. Ponit autem Deus *nubem a seorsum suum qui ambulat super pennas ventorum*. Nube illis gloriæ conspectum eripit, ut admoneat nondum capaces arcanorum Dei, ad huc longum & ærumnosum superesse vitæ cœli, donec beatitudinis portum attingant.

§. 2. *Filium suum dilectum* appellat, quemadmodum explicatum est c. 3. Interim observandum est, quamdam esse ob circumstantiam personarum inter Christum & Prophetas antithesin, non enim illi filii dilecti sed servi in domo patris familias fideles. Quin etiam testimonio Patris laudatur Petri confessio qui dixerat. *Tu es filius Dei vivi*. Hoc Deus viuis propria voce coram testibus maximis Moysi & Elia testatum voluit, ut cœlesti præconio constaret; Petrum non ex carne & sanguine, sed Patris cœlestis revelatione locutum.

§. 3. Calvinus lib. 4. c. 8. §. 1. Christum ita unicum magnum esse contendit, ut solus audiendus sit. atque Christus solum nos verbo ab omnium hominum doctrinis abduci. *lus audient*. Respondeo. Audiendum ita Christum, ut tamen *audire* etiam eos audiamus, de quibus ipse dixit: *qui vos audire me audit*. Nec audire duntaxat iubet, sed etiam obedire. Quod si de verbis Christi, prophetarum, aut Apostolorum dubitatio incidat, aut controuersiam moueant infideles, audiendi illi sunt, quos Ecclesiæ suæ præpositos, & doctores constituit. alludit autem ad Deut. 18. 15.

§. 4. Timuerunt autem intrantibus illis in nubem. Syrus: Timuerunt cum viderent Moysen & Eliam qui intrabant in nubem. an Christus, Moyses, Elias intrarent in nubem, an vero post discessum prophetarum Christus & ipsi Apostoli, an solus Moyses & Elias, iubet Christus controuersum est. Quidam putant Christum & Apostolos intrasse in nubem post discessum prophetarum. Ex Luca constat, cum discederent Moyses & Elias Petrum dixisse. *Faciamus tria tabernacula, & hac eo loquente nubem obumbrasse eos*. Cum autem in nubem intrarent illi ex æquo valde timuisse, itaque Christus & Apostoli circumdati sunt nube, credo & Prophetas, qui nondum longe abierant, eadem nube comprehensos, ideo post auditam vocem solum Iesum vidisse dicuntur, iam enim cum nube euenerant Moyses & Elias, alioqui adhuc videri abeuntes potuissent. Causa autem timoris erat, quod se nube lucida & quasi ignea circumdatos viderent, ideo in facies corruunt, ut nihil videant, nec nisi tangente, & loquente Christo resurgunt. maxime vero horuisse videntur vocem, quæ audita est, instar tonitruum, ut putat S. Ephrem: Certe ad vocis sonum confternati videntur.

§. 5. Bullingerus Petrum omnium rerum terrenarum oblitum ait. Similem fore beatorum in cœlo statum. absterge enim lacrymas ab oculis eorum, nullis cura mortalibus aut mortalium obcurbari. Hoc August. lib. de cura pro mortuis gerenda, c. 13. docet.

Be 4

Respon-

lem, id factum audientibus discipulis & Moysen Eliamque cognoscentibus. Christus enim & Prophetæ declarant, qui nam essent. Apostoli orante Christo forte dormierunt, deinde gloria illa obstupescit recreati sunt & teriti. Communicatio sermonis signum est, inter eos magni amoris, consensus, & cuiusdam familiaritatis. Elias nihil scripsit, ceterorum ferè magnorum prophetarum scripta de Christo testantur, ipse suo more veniens præsentem, præsens loquitur, in multis olim Domini typus. ita *ὁ ἀδελφός*, hoc est, familiariter inter se colloquuntur, ut dixi.

§. 6. Solida ratio videtur. ut veterem legem eiusque præcones approbaret. ex quibus vnus fuit legislator ministerio, alter zelator insignis. Moysen & Eliam igitur præcipue produxit, ut viderent cum Moysi & Elia optime conuenire, nec se legem solvere, ut qui legem motu excitatum sibi fisti iusserit, & qui zelum Elia pro Dei gloria probaret. Vide alias causas, quas Chrys. adducit. Tertull. l. de Monogamia hoc adducit. cap. 8. ut secundas nuptias damnet, quia Spondonem & Monogamum apparere voluit, sed errat, dum omnia ad opinionem hæreticos suæ firmandam detorquet.

VERSUS 4.

Respondens autem Petrus, dixit ad Iesum: Domine bonum est nos hic esse: si vis faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moysi vnum, & Elia vnum.

QVÆSTIO I.

Cur ad Tabernacula faciendi Petrus se offert?

§. 1. **D**ilectine gloriæ dominicæ abreptus, omnium rerum securus, & regni & sociorum manere duntaxat animus est. *Domine bonum, decorum pulchrum est, nos manere, inquit. Mat. c. 9. 6. Luc. 6. 33. nec ille ait, quid loqueretur. Et reuera in gloria illa nihil tabernaculis opus erat. Apud Marcum est, & faciamus; alia exemplaria *ἡμεῖς οὐκ ἐθέλομεν*. In Regis est, aliusque *ἡμεῖς οὐκ ἐθέλομεν*, si vis, quod alia omittunt, legit tamen vetus interpres, & si coniunctionem omisit. Syrus, *Et si vis*. Dicebat autem ista, cum discederet à Christo, cum ipse euigilasset. Magnopere veritus ne tanto privarentur bono, qui Christum gloriam spectando fruebantur.*

§. 2. Calvinus Petrum stultè acular, quod stultè æquare Domino seruos Moysen & Eliam.

Respondeo. Non hoc illi imponunt Euangelistæ, sed tria Tabernacula facere voluit, prima solum Domino, duo deinde seruis honoratis. Nec enim Centuriones Imperatori æquantur, etsi illi quoque sua habeant tabernacula. Nec Eliam æquare Christo potuit, qui iam ante Christum non Eliam sed filium Dei vivi confitebatur: eaq; confessione beatus est iudicatus. Et profecto ad sui suorumque confusionem hæc Calvinus pronuntiat, si enim in confessione illa nobili fidem veram habuit verissimam, à cœlesti Patre reuelatam, nunc vero Moysen & Eliam Domino æquauit, fidem amisit. Nam homines Deo stultè æquare perfidia est, blasphemiam est. Vbi igitur fides Calviniano rum indelebilis refideret, si in Apostolo defecit? Hoc quoque, inquit, peruersum fuit, Moysen & Eliam collegas fingere filio Dei: quasi non omnes in ordinem cogi necesse sit, & solus ipse eminere. Si hæc Petrus audisset, toto animo & corpore clamaret, non se collegas, sed seruos, amicos Christi, non collegas nouisse.

Dilectine gloriæ dominicæ abreptus, omnium rerum securus, & regni & sociorum manere duntaxat animus est.

Calvinus

Sancti-
stra vident.

Mortui co-
gnoscunt
res viuorum.

Orant pro
nobis san-
cti.

Respondeo. Hic quædam vera, quædam falsa, quædam mendacia esse. Verum est sanctos in celo nulla cura obturbari, nulla enim vel minima tristitia nebula potest beatitudinis perfectæ serenitatem obducere, nulla violare. Falsum est non posse res nostras cognoscere, cum ipsi videre in Deo, Deus illis reuelare, venientes renunciari, Angeli ascendentes & descendentes referre possent. Nec illa cognitio magis sanctorum quam Angelorum beatitudinem obturbat. Falsum est argumentum ex Petri facto esse validum, Petrus enim territus erat, nesciebat quid loqueretur, Deum non videbat, stultit de Tabernaculis cogitat, & si Caluino credimus Moysen & Eliam Christo æquat. Horum nihil beatitudo electorum habet. Verum perfectionem, scientiam, visionem Dei, charitatem, benignitatem, qualem in Angelis videmus & experimur. Denique de Augustino est mendacium impudens, docet ille mortuos non interesse rebus viuentium, Deinde nescire quid inter viuentes agatur, sic Abrahamum nescisse nos, & Iosiam mortuum ne videret mala gentis sue. Sed hæc exponit, c. 14. Abraham enim Moysen & prophetas habere Israheliticum populum cognouit, diuitem in deliciis, Lazarum in extrema inopia vixisse. Sciebat igitur hæc, quæ vtiq; apud viuos, non apud mortuos gesta fuerant. Verum non cum agerentur in viuis, sed eis mortuis potuit Lazaro iudicante cognoscere, ne falsum sit, quod Propheta ait, Abraham nesciuit vos. Tandem addit c. 15. Proinde fatendum est, nescire quidem mortuos, quid hic agatur, sed dum hic agitur, postea vero audire ab eis, qui hinc ad eos moriendo pergunt: non quidem omnia, sed quæ sinuntur indicare, quæ sinuntur etiam ista meminisse: & quæ illos, quibus hæc indicant, oportet audire. Possunt & ab Angelis, qui rebus, quæ aguntur hic præstosunt, audire aliquid, mortui, quod vnumquemq; illorum audire debere iudicat cui cuncta subiecta sunt. Nisi enim essent Angeli qui possent interesse, & viuorum & mortuorum locis, non dixisset Dominus Iesus, Contingit autem mori inopem illum, & ferri ab Angelis in sinum Abrahæ. Nunc ergo hic, nunciabi esse poterunt, qui hinc illuc quem Deus voluit abstulerunt. Possunt etiam Spiritus mortuorum, aliqua quæ hic aguntur quæ necessarium est eos nosse, & quæ necessarium non est, eos non nosse, non solum præterita vel præsentia, verum etiam futura Spiritu Dei reuelante cognoscere: sicut non omnes homines, sed Propheta dum hic viuerent cognoscebant, nec ipsi omnia, sed quæ illis esse reuelanda Dei providentia iudicabat. Ne hoc solum loco, sed aliis quam plurimis sanctis esse curam de nobis, adeoque inuocandos docet. In Iob. cap. 14. sermon. 17. de vrbis Apostoli, de cura pro mortuis agenda, cap. 4. lib. 21. de ciuitate Dei. lib. 6. contra Donat. cap. 1. & serm. 1. de S. Stephano. in Psal. 88, ait eos de nobis si illos imitemur gaudere & orare pro nobis. in Psal. 85. omnes martyres interpellare pro nobis. Et serm. 5. de sanctis, Eam fuisse consuetudinem ipse docet totius Ecclesiæ. lib. 20. contra Faustum, c. 21. Populus autem Christianus memorias Martyrum religiosa solennitate concelebrat & ad excitandam imitationem & vt meritis eorum conficietur, atque orationibus adiungetur.

Cyprianus de mortalitate, turbam sanctorum de sua immortalitate securam ait, & adhuc de nostra sollicitam incolumitate. Sic Paulinus Nolanus. Non est cura hæc nona sanctis. Exorare Deum pro peccatoribus agros, Et, in sancto Felice, Deus per quem bona dona.

Et medicas exercet opes terræq; maris,
Omni namq; die testes sumus vndiq; crebris
Catibus aut sanos gratantia reddere vota.
Aut agros varios petere ac ambire modelas.

Hæc sanctissimus ille Episcopus, & de sancto Felice, & consuetudine Ecclesiæ, quæ tum florebat. Omittit antiquas Liturgias, Irenæum lib. 5. cap. 19. Originem, alios. Cognoscere res nostras & curam nostri gerere, non instar Petri alio abreptos, etiam docuerunt ipsi hæreticorum primates. Luth. de decem præ-

ceptis. c. 5. & respons. ad Louanienf. Brentius, in caput. 16. Luca. Chytræus. ad c. 25. Marth. Basilus Faber de statu defunctorum c. 7. Non dubito quin de functorum animæ, parentum, fratrum, sororum, & propinquorum, quos hic reliquerunt recordentur, & Deum rogent, vt ipsos ex valle lachrymarum eripiat: & probat exemplo. Confirmat hæc Doctrinam exemplum diuitis. Luc. 16. Nam si damnata anima suorum recordatur, multo magis beata anima ita afficitur erga suos, parentes, liberos, fratres, sorores & propinquos. Cum enim sancti qui hæc in vita versantur sapie illa quæ remotissima sunt Dei ope videant, cur non possent hoc illi qui in celo sunt. Samucl. 1. Reg. 9. v. 19. Eliseus. 4. Reg. 5. v. 21. & c. 4. Reg. 6. v. 8. Ananias Acto. 9. Antiochus vt in vita eius habet Athanasius, Macarius, vt Paladius habet. cap. 19. Sixtus futurum Laurentii statum prædixit. Plena exemplis sunt omnia, non possent hoc Deus conferre beatis, quod iam multi in hac vita acceperunt. Nec impediuntur obiectu molis alieuius, aut spaciis quo minus cognoscant. Ambrosius de uideis. Isti enim, inquit, sunt martyres, præfules nostri, prætores vite actuumque nostrorum, vt illis nec modo nostrorum, sed etiam damnatorum, quorum penas æternas uentur. Vere igitur Prudentius de sancta Ecclesia dixit.

Ille Diuisa sub pedibus
Prospexit hac populosque suos
Carmine propitiata fuit.

Et August. lib. 2. de ciuitate. cap. 29. pluribus profectur. Quare inuisa est cogitatio Zwinglii dum sanctorum gaudis intelligentiæ, & charitatis aciem obtundi & obturbari fingit, quo minus alia recordentur, cum sint sicut Angeli Dei, qui & ante D. i. conspectum consistunt, & hominibus simul ministrant.

Si olim visari sunt cum corpora habebunt etiam oculis clausis, cur non nunc etiam eodem modo? Corpora enim animæ cognitioni nihil conferant noui, quæ ad modum nec Eliseus, ideo puerum videbat absente, qui corporatus erat, sed quia Deus reuelaret.

§. 6. Caluino etiam visum est nubem suæ iconomachæ opportunitatem. Corpus Dei & faciem, ait, non videri, ne decepti similem homini putemus: cum autem interpretata nube nos voce sua ad se mouet, quam absurdum est in nubo ligni, vel lapide eius præsentiam velle ante oculos nostros spectare. Hæc ille: sed non ignarus fraudum suarum, interponit solutionem. Verum quidem, inquit, Varias species vultu sanctis Patribus visas esse, in quibus Deum agnoscerent, semper tamen à symbolis abstinuisse, quæ fabricandis idolum teriam præbent. Hæc verba veritati Catholice testimonium exhibent. Varias species Patribus visas sunt, quibus Deum agnoscerent, falsum ergo est faciem eius non videri, seu faciem specieiem, de hac enim loquitur. Ex nube loquitur, imagines igitur prohibet? Nemo uoluit argumentum conuertitur: varias species Patribus visas esse, non ergo semper de nube Deum sonare. Deinde fingi & pingi eas species posse. Cur enim antiquum dierum, Deut. 7. aut Dominum solio insidentem, vt apud Isa. 6. describitur, non pingam? Ipse cuiusmodi picturam seu figuram prophetis videndas proposuit, cur non imitetur penicillus pictoris quod refert stylus scribarum? Non dicimus præsentiam eius ante oculos nostros sisti per imagines, nec oculis Deum videri humanis; quem nec Daniel, nec Esaias, nec discipulus Ioannes in Apoc. vidit. Nubes autem Dominum suscepit vt ostendit se quoque illum esse, qui in veteri testamento in nube locutus fuerit. Deinde nihil opus esse tabernaculis, cum nubes illa more tabernaculorum tegat, ita Theophrastus aliiq;.